



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciaae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Georgivs Ivstvs Bierflieti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

per beatum martyrem Gerulphum poenitentia conductus, de animi sui duritia Dominum cum aliis constanter benedixit, Ecclesiam concito referendo, sanctum Gerulphum cum familia intromisit. Nec munera pietatis parca manu Deo in memoria sanctissimi martyris Gerulphi conferebant, sed quaecumque contradere poterant, ad scriniam eius exultantes offerebant. Hic quoque extat illud dictum Iesu filij Sirach: completum in omni dato hylarem fac vultum tuum & exultatione sanctifica. Quod ille nobis quoque praestare dignetur, qui viuit & regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

## G E O R G I V S I V S T V S

*Bierflieti.*

*5. Aug.* **A**Nno millesimo ducentesimo nonagesimo octavo obiit Georgius Iustus mercator panni linei, cuius memoria in benedictione est, sepultus in Ecclesia Bierflietensi. Ita Molanus in natalibus hac die, & ex eo Miræus in fastis. Est autem Bierflietum opidum Flandriae undique nunc mari cinctum, olim piscium salitione famosum.

## G E R A R D V S A B B A S

*In Blandinio.*

*3. Oct.* **G**ERARDVS apud Stablecellas Lomæensis territorij vicum Patre Stantio ex prosapia Haganonis Austratorum Ducis matre Plectrude Stephani Tungrorum Episcopi sorore procreatus est. Is tanta in rebus agendis præditus erat prudentia, vt Comes Namurcensis Berengarius